

Universitätsbibliothek Paderborn

Lignum Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiæ

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

Monachi Ordinis S. Benedicti Nigrorum, qui permissione tantum Cardinalitia fungebantur dignitate. cap. XII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38372

Cardinales Oblati facti sub Ordine S. Benedicti.

Cap. X.



V D O V I C V S de Flisco, Genuensis, ab Urbano Pa-
pa VI. in tertia creatione, anno Domini 1381.
Pontificatus sui 4. mense Decembris Romæ, S.R.E.
Diaconus Cardinalis, Tituli S. Hadriani pronun-
ciatus, deinde Archidiaconus: sub annum tan-
dem Christi, 1421. factus est Oblatus in Monte
Casino, & Congregationi Casinensi sociatus, biennio post obiit Ro-
mæ, die tertio Nonas Aprilis, anno 1423. Pontificatus Martini Pa-
pæ V. anno sexto; ac Genuam translatus aucto monumento sepul-
tus est. *Ex archivio Casinensi.*

*Monachi Ordinis S. Benedicti Nigrorum, qui permissio-
ne tantum Cardinalitia fungebantur digni-
tate.* *Cap. XI.*



D O A R D V S, Philippi Pedemontium Principis
filius, Monachus Ordinis sancti Benedicti, non
alicuius dignitatis, sed pietatis solius gratia, dein-
de Prior Burgeti, mox Secusiae Abbas; inde Sedu-
nensis, & Bellicensis Episcopus, postmodum Ar-
chiepiscopus Tharentasiensis, postremò S. R. E.
Cardinalis, saltem permissione, nam vti Cardinali Galero dona-
tus est. Obiit anno 1390. mense Februarij, Musterij sepultus. In
cuius funere orauit Sauinus Florianus Episcopus Maurianensis do-
ctissimus. *Philibertus Pingonius in Arbore Sabaudica, gradu 22.*

Abbes Monasterij Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli Clu-
niacensis, ex cōcessione Calixti Papæ II. quotiescumque Romam ac-
cedebant officio Cardinalis fungebātur, ut prodit Chronicum Clu-
niacense in hac verba. *Eadem verò die (videlicet qua Canonizatus
S. Hugo Abbas) communium suorum assidentium assensu, largitus est fel-
ix Papa Calixtus Cluniacensi Ecclesiae, speciali & propriè suæ, ut Abbas
Cluniacensis semper & ubique Romam fungatur officio Cardinalis, ma-
nuē propria ipse Poncium anulo suo inuestiuit.*

Abba-

Abbates quoque Monasterii Sanctæ Trinitatis de Vendomo in Gallia, eodem priuilegio, sed paulò ampliori, gaudebant, adiectus enim erat ad dignitatem, & Titulus S. Praxedis perpetuus, & ut primum quis creabatur Abbas, sine aliqua alia Pontificis ratificatione, Cardinalis Sanctæ Praxedis esse censebarur; vt testatum nobis reliquit Franciscus Belforestius tomo 1. suæ Cosmographiæ, qui etiam nonnulla decreta, & diplomata summorum Pontificum de hac readfert.

*De Cardinalibus qui Monachi fuissent feruntur, dubia
tamen fide. Cap. XII.*

SERGIVS, Tiberius filius Antiochenus Syrus, Pahormi in Sicilia ortus, ex Monacho S.R.E. Presbyter Cardinalis T. S. Susannæ ad duas domos a Cunone PP. factus, deinde Papa Sergius I. Bugianus & Illescas.

S. Gregorius, Ioannis filius, Syrus, ex Monacho S.R.E. Presbyter Cardinalis, deinde Papa Gregorius III. Bugianus & Plata.

S. Leo, Azuppij filius, Romanus, ex Monacho S.R.E. Presbyter Cardinalis T. S. Susannæ; & post modum, Leo Papa III. Bugianus.

S. Valentinus, Leontij filius Romanus, ex Monacho S. R. E. Archidiaconus Cardinalis, a Papa Paschali factus, deinde Papa Valentinus. Bugianus & Illescas.

D. Albertus, Samnis, Beneuentanus, familia de Mora, ex Monacho S.R.E. Diaconus Card. T. S. Susannæ, mox Presbyter S. Laurentij in Lucina, deinde Cancellarius: postremo Papa Gregorius VIII. Bugianus.